

declinauerunt sicut inutiles facti sunt:
Id est iudei tales facti sunt quales et gentes: de
 quibus super dictum est. **N**on est qui faciat bo-
 num: non est usque ad unum. Sicut ut super intel-
 ligendum est. **S**epulchrum patens est gut-
 tur eorum. Aut voracitas significat inbia-
 tis gula: Aut i allegoria: qui occidunt et quasi
 deuorant insectos eos: quibus suorum morum puer-
 sitate persuadet. Cui sile est e contrario: quod pe-
 tro dictum est: **M**acta et madauca: ut in sua
 fide et bonos mores gentes puerteret. **L**i-
 guis suis dolose agebat: Comes est
 voracibus adulatione et omnibus malis. **V**enenum
 aspidum sub labijs eorum. Venenum: dolus
 dicit. Aspidum autem: qui noluit audire precepta
 legis: sicut aspidem noluit audire verba incan-
 tans: quod in alio psalmo euidentius dicit.
Quorum os maledictione et amari-
 tudine plenus est. Hoc est venenum aspidum.
Veloces pedes eorum ad effundendum
 sanguinem. Consuetudinem malefaciendi.
Corruptio et infelicitas in vijs eorum:
 Omnes enim malorum hominum vias: plene sunt labo-
 re et miseria. Ideo dominus clamat: **V**enite ad
 me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego re-
 ficiam vos: **T**ollite iugum meum et discite a me:
 quia mitis sum et humilis corde. **I**ugum enim meum
 leue est: et sarcina mea leuis est. **E**t via pa-
 cis non cognouit: **H**anc viam quam dominus
 viam dicit commemorat: i iugo leui et sarcina le-
 ui. **N**on est timor dei ante oculos eorum.
Isti non dicunt: non est deus: sicut non timet deum.
None cognoscet omnes qui operantur
 iniquitatem: **I**udicium minatur. **Q**ui deuo-
 rant populum meum sicut cibum panis.
Id est quidam. **L**ibum enim: panis quotidianus est.
 Deuorant autem populum: qui sua comoda ex illo
 capiunt: non referentes ministerium suum ad glo-
 riam dei: et ad eorum quibus prestant: salutem. **B**o-
 minum non inuocauerunt: **N**on enim vere
 hunc inuocat: qui ea desiderat: qui illi displicet.
Illic trepidauerunt timore ubi non
 erat timor. **I**d est i dano rex tpaliu. **B**i-
 xerunt enim: **S**i relinquam eum sic: credet in eum
 omnes: et veniet **R**omani: et tollent nobis et locum
 et gentem. **T**imuerunt regnum terrenum amittere
 ubi non erat timor. **E**t amiserunt regnum celo-
 rum: quod timere debuerant. **E**t hoc de omnibus tempo-
 ralibus commodis intelligendum est: quorum amul-
 sione cum timet homines: ad eterna non veniunt.
Quia deus i generatione iusta est:
Id est non est i eis qui diligunt seculum. **I**nniustus
 est enim relinque seculorum conditorum: et diligere
 seculum: **E**t fuisse creature potius quam creatori.

Consilium inopis confudisti quoniam do-
 minus spes eius est. **I**d est premissis
 humilem aduentum filij dei: quia in eo non vidisti
 populum secum: ut hi quos vocabat: in deo
 solo spem ponerent: non in rebus transiuntibus.
Quis dabit ex syon salutare is-
 rael: **S**ubaudit nisi ipse cuius humilitate pre-
 psumit. **I**pse enim in claritate venturus est ad iu-
 dicium uiuorum et mortuorum regnumque iustorum:
Et quoniam isto humili aduentu facta est cecitas
 ex parte israel: ut plenitudo gentium intraret:
 in illo alto fiat quod sequitur: et sic omnis israel sal-
 uus fieret. **P**ro iudeis enim **A**plos etiam illud
Esaie testimonium accipit: quo dictum est:
Veniet ex syon: qui auertat impietatem ab
 Jacob: **S**icut hic positum est: **Q**uis dabit
 ex syon salutare israel: **C**um auerterit do-
 minus captiuitatem plebis sue: exul-
 tabit iacob et letabit israel. **R**epe-
 titio est: sicut solet. **N**am idem puto esse letabit
 israel: quod est exultabit Jacob.
ExPLICIT Tractatus de ps. XIII
INCIPIT Tractatus de ps. XIII
Psalmus ipsi David.
De hoc titulo nulla questio est.
Omnine quis peregrinabitur
In tabernaculo tuo: **Q**ui ali-
 quoniam ponat tabernaculum etiam per ha-
 bitatione sempiterna: tamen cum proprie accipit
 tabernaculum: belli res est. **U**bi et peruberna-
 les milites dicunt: tamquam simul habentes ta-
 bernacula. **H**ic sensus adiunxit ex eo quod
 dictum est: quis peregrinabitur. **A**d tempus enim cum di-
 abolo dimicamus: et tunc opus est tabernacu-
 lo quo nos refugiamus: **Q**uod significat maxi-
 me fide temporalis dispensationis: que per nobis
 acta est temporaliter per incarnationem domini. **E**t quis
 requiescet in mote sancto tuo. **H**ic for-
 tasse iam ipsam eternam habitationem significat
 ut montem intelligamus supereminentiam carita-
 tis christi in vita eterna. **Q**ui ingre-
 ditur sine macula: et operatur iustici-
 am. **H**oc proposuit: deinceps id exequitur.
Qui loquitur veritates in corde
 suo: **N**onnulli enim in labijs habent verita-
 tem: et in corde non habent. **T**amquam si aliquis do-
 lose ostendat viam sciens in ea esse latrones: et
 dicat: si hac ieris: a latronibus tuus eris: et co-
 tingat ut vere non ibi latrones inueniantur:
Verum ille locutus est: sed non in corde suo. **A**liud
 enim putabat: et nesciens verum dixit. **E**rgo pa-
 rum est verum loqui: nisi etiam in corde ita sit. **Q**ui
 non egit dolus in lingua sua. **L**ingua agit
 dolus: cum aliud ore perfert: aliud pectore tegi-

Alia lra.
 + habitabit.

Alia lra.
 + Aut.

Alia lra.
 + plebs mea.
 Alia lra.
 + escam.

Alia lra.
 + dñs.

tur. **N**ec fecit primo suo malum. Proximum: omnem hominem accipi oportere: non tamen est. Et opprobrium non accepit aduersus primum suum. Id est non libenter aut temere credidit criminatori. **Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.** Ita perfectio est: ut nihil in homine valeat malignum: et ut si sit in conspectu eius: id est certissime nouerit malignum non esse: nisi cum animus a specie sui creatoris eterna et incommutabili: ad creature speciem auertatur: que de nihilo facta est. **Timeas autem dominum glorificat.** Vtque ipse dominus. Initium autem sapientie timor domini. Sicut ergo illa superiora pertinet ad perfectos: ita ea que nunc dicitur est: pertinet ad incipientes. **Qui iuratur primo suo et non decipit: qui pecunia sua non dedit ad usuram: et munera super innocentes non accepit.** Ita non sunt magna. Sed qui nec ista potest: minus potest loqui veritatem in corde suo: Et non dolui agere in lingua sua: sed ut est in corde verum: ita perfere et habere in ore: est: est: non: non: Et non facere primo suo malum: id est nulli homini: Et opprobrium non accipe aduersus primum suum: Que sunt perfectorum: in quorum conspectu ad nihilum deductus est malignus. **Tamen etiam ista mira ita concludit: Qui facit hec: non commouebitur in eternum.** Id est pueniet ad illa maiora: in quibus est magna et incussa stabilitas. Nam et ipsa tempora non sine causa fortasse sic variata sunt: ut in superiore conlusione preteritum tempus poneret: in hac autem futurum. Nam ibi dictum est: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. **Hic autem: non commouebitur in eternum.**

Explicit Tractatus de ps. XIII

Incipit Tractatus de ps. XV.

Tituli inscriptio ipsi David.

Rex noster in hoc psalmo loquitur ex persona susceptionis humane: de quo titulus regalis tempore passionis inscriptus emicuit: **Dicit autem hec:**

Conserva me domine quoniam in te speraui: dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Quoniam bonis meis non expectas tu fieri beatus. Sanctis que sunt in terra eius: Sanctis que in terra viventium spem suam posuerunt: ciuibus hierusalem celestis: quorum puerfatio spiritualis per anchoram spei in illa patria figitur: que recte dei terra nominatur: quis adhuc et in his terris carnis sentit. **Dirigauit omnes voluntates meas in illis.** His ergo san-

ctis miras feci omnes voluntates meas in profectu eorum: quo sensisti quid eis profuerit: et humanitas mee diuinitas: ut moreretur: et diuinitas humanitatis: ut resurgeret. **Multiplicate sunt infirmitates eorum: Non ad perniciem: sed ut medicum desideraret. Post ea accelerauerunt.** Itaque post multiplicatas infirmitates: accelerauerunt ut sanarentur. **Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus:** Erunt enim conuenticula eorum non carnalia: nec de sanguinibus pecorum precipiat: congregabo eos. **Nec memor ero nominum illorum in labia mea.** Sed spirituali mutatione obliuiscantur quid fuerint: **Nec a me iam vel peccatores: vel inimici: vel homines: sed iusti: et fratres mei: et filii dei vocabuntur per pacem meam.** **Domine per hereditatis mee:** Possidebunt enim mecum hereditatem ipsam deum. **Eligant sibi alii partes quibus fruuntur frenas et tripales: portio sanctorum: dominus est enim.** **Et calicis mei:** Bibant alii mortiferas voluptates: portio calicis mei dominus est. **Quod dico mei: adiungo ecclesiam:** Quia ubi caput: ibi et corpus. Nam in hereditatem congregabo conuenticula eorum: et per calicis ebrietatem obliuiscantur nomina vetera eorum. **Tu es que restitues mihi hereditatem meam.** Ut nota sit et his quos libero: claritas qua eras apud te priusquam mundus fieret. **Non enim restitues mihi quod non amisi: sed restitues his que amiserunt eius claritatis noticiam:** In quibus quia ego sum: mihi restitues. **Funes ceciderunt mihi in periculis:** Limites possessiones mee in tua claritate tantum sorte ceciderunt: velut possessio sacerdotum et leuitarum deus est. **Etenim hereditas mea perclara est mihi.** Etenim hereditas mea perclara est: non omnibus: sed videtibus. **In quibus quia ego sum: mihi est.** **Benedicam dominum qui mihi tribuit intellectum:** Quo ista hereditas videri et possideri potest. **Insuper autem et usque ad noctem temedauerunt me renes mei.** Super intellectum autem usque ad mortem erudiuit me inferior pars mea: carnis assumptio: ut experiret tenebras mortalitatis: quod ille intellectus non habet. **Prouidebam dominum in conspectu meo semper:** Sed veniens in ea que transierunt: non abstuli oculum ab eo que semper manet: sed prouidebam: ut in eum post temporalia pacta recurrerem. **Quoniam a dextris est mihi ne commouear.** Quoniam fauet mihi: ut stabilis in eo permaneam. **Propter hoc iocundatum est cor meum et exultauit lingua mea.**

Alia lra.
i. i. crepuerit.

Alia lra.
i. i. letat.